



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Lavrentivs M. 10. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

bus hæc primò pugnavit, sed illi glriosum ducebant patriæ plagas ostentare acceptas à patria. Iam in carcerem cùm descenderent, Capitolium videbantur petere. In carcere cùm cibum victoribus Tyrannus vicitus negaret, triumphales epulas Angeli pararunt. Ad has in testarum fragminibus velut in rosis suaviter illi accubabant. Fame sic pulsâ sanguinem satiebant fundere. Et verò gladio cæsi hunc quoque libarunt. Porro funus urruisque Cælites curarunt mercatorum os habitumque induti, & nobiles merces (ossa Divorum) non procul Carthagine deposuerunt. Horum pretium indicavit genius malus ex alieno ore locutus, presentiaque horum mirè discruciatuſ. Itaque in Istriam translata corpora. Sed & Istri tanti hæc æstimarunt, ut expertenti Veronæ (cui imbrex celum tam diu negaturum se dixerat, dum in urbem Divi exules revocarentur) non aliter vendere voluerint, quam aureo tanto appenso, quantum corpora penderent. Sed faverunt patriæ potius licet ingratæ Martires, cumque ad libellam examinarentur, tam leves se præstiterunt, ut ex corrogato auro triens sufficeret. At verò tunc primum magni ponderis apud patriam fuerunt. Ex Mombr. Pet. de Natal.

Homo, quid commune cum terris tibi, qui conspicie tibi genus esse de cælis? ergo cælestem vitam monstra in habitatione terrena; quia si quid inu- gesserit terrena cogitatio, calo maculam, cælestis- nerii injurian intulisti. S. Pet. Chrys. serm. 71.

S. LAVRENTIVS M. 10. Augusti.

Debebatur ad mortem Sixtus Pont. Max. ecce LAVRENTIVS. expostulare cum hoc

10. Aug. VITA SANCTORVM. 389
cum ducit, non quod ad præmia iret, sed quod sine filio pater iret. Enim vero qui ad aram socius fuerit, ad crucem se futurum. Ad haec Sixtus: Suum esse praetere, ministri sequi; suum, heredem vitae relinquere, cuius si fuisset, propediem etiam mortis futurum; thesauros interim Ecclesie tyranni manibus subducere. His lætior LAVRENTIVS confessim opes omnes sacras in pauperum sinus abdit, hi celo condunt. Valerianum deinde hiantem & inhiantem ad templum dicit, & pauperem longo ordine de ponte gregem monstrans, Hi, inquit, thesauri, quos orbis habet, sunt maximi, quin tu hos ambis avarus, hos foves, & si sapis, his tuum etiam jungis ærarium. Hic Imperator virgas, flagrantes inclamare, & haec omnia continuo LAVRENTIO carnifices admonere, ut jam abeuntem animam Deo martyr commendaret. Sed e Cælibibus adfuit qui sudorem Athletæ & sanguinem hinc abstergeret. Tyrannus interim os LAVRENTII saxis, hic vero aures tyranni verbis liberimis pulsavit. Ad extremum craticula superjectus, & lento igne tostus, non tamen insultare Valeriano destitit, sed subinde arridens illi, Verte, exclamavit, & manduca. Et ille quidem hoc epulo indigenus fuit. At celi, quos jam dudum odor nobilissimi convivii exciverat, ad se tam nobile ferulum rapuerunt, & convivas, si modò placet, etiam nos habere peroptant. Ex Lip. & Baron.

Quis nolit ad horam urbis Laurentii igne, ue
ternum gehenna non patiatur incendium? ejus ex
emplo provocamus ad martyrium, & accendimus
ad fidem, incalescimus ad devotionem, & si in no
bi persecutoris flamma deest, fidei tamen flamma
non deest. S. Aug. serm. de S. Laurent.

R. S. ALE.